

# Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

## Lavanter Diöcese.

---

Inhalt: I. Epistola encyclica Leonis PP. XIII. de Rosario Mariali. — II. Decretum generale Orat. et Sequent. in Missis Defunct. — III. Ablässe für den katholischen Frauenverein vom hl. Vincenz von Paul. — IV. Statthaltereierlass vom 24. August 1896 Z. 24.549. — V. Jahresbericht über den allgemeinen frommen Verein der christl. Familien zu Ehren der hl. Familie von Nazareth. — VI. Denkblatt des österr. ungar. Pilgerhauses „zur hl. Familie“ in Jerusalem. — VII. Literatur. — VIII. Diöcesan-Nachrichten.

---

## I.

Sanctissimi Domini nostri Leonis divina providentia Papae XIII. epistola encyclica de Rosario Mariali.

VENERABILIBVS FRATRIBVS

PATRIARCHIS PRIMATIBVS ARCHIEPISCOPIBVS EPISCOPIBVS

ALHSQVE LOCORVM ORDINARIIS

PACEM ET COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTIBVS

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES

SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Fidentem piumque animum erga Virginem beatissimam, quem inde a teneris haustum, totâ vita studuimus alere et augere, iam saepius in summo Pontificatu licuit Nobis apertiusque testari. Tempora enim nacti aequae calamitosa rei christianae ac populis ipsis periculosa, nempe cognovimus quanti foret ad providendum, commendare vel maxime illud salutis pacisque praesidium quod in augusta Genitrice sua benignissime Deus humano generi attribuit, perpetuo eventu in Ecclesiae fastis insigne. Hortationibus votisque Nostris multiplex gentium catholicarum sollertia respondit, religione praesertim sacratissimi ROSARII excitatâ: neque copia desiderata est fructuum optimorum. Nos tamen expleri nequaquam possumus celebrandâ Matre divina, quae vere est *omni laude dignissima*, et commendando amoris studio in Matrem eandem hominum, quae *plena est misericordiae, plena gratiarum*. Quin etiam animus, apostolicis curis defatigatus, quo propius sentit demigrandi tempus instare, eo contentiore fiducia respicit Illam, ex qua, tamquam ex felici aurora, inocciduae faustitatis laetitiaeque processit dies. Quod si, Venerabiles Fratres, iucundum memoratu est, aliis Nos datis ex intervallo litteris collaudasse Rosarii precem, utpote quae multis modis et pergrata sit ei cuius honori adhibetur, et iis perutilis cedat qui rite adhibeant, aequae est iucundum posse nunc idem insistere et confirmare propositum. Hinc autem praeclara se dat occasio ut mentes animosque ad religionis incrementa more paterno adhortemur, et acuamus in eis praemiorum spem immortalium.

Precandi formae, de qua dicimus, appellatio adhaesit propria Rosarii, velut si rosarum suavitatem venustatemque sertorum contextu suo imitetur. Quod quidem ut peraptum est instituto colendae Virginis, quae *Rosa mystica* Paradisi merito salutatur, quaeque universorum Regina stellante ibi corona praefulget, ita videtur nomine ipso adumbrare augurium, cultoribus suis ab illa oblatum, de gaudiis sertisque

caelestibus. — Hoc autem perspicue apparet, si quis Rosarii marialis rationem consideret. Nihil quippe est quod Christi Domini et Apostolorum tum praecepta tum exempla gravius suadeant, quam invocandi Dei exorandique officium. Patres deinde ac doctores commonuerunt tantae id esse necessitatis, ut homines eo neglecto, sibi frustra de sempiterna salute assequenda confidant. Quum vero cuiquam oranti, ex rei suapte vi atque ex promissione Christi, aditus pateat ad impetrandum, ex duabus tamen praecipue rebus, ut nemo ignorat, maximam efficacitatem trahit precatio; si perseveranter assidua, si complurium sit in unum collata. Alterum ea declarant plena bonitatis invitamenta Christi, *petite, quaerite, pulsate*<sup>1</sup>; plane ad similitudinem parentis optimi, qui liberorum vult ille quidem indulgere optatis, sed etiam gaudet se diu rogari ab eis et quasi precibus fatigari, ut ipsorum animos arctius sibi devinciat. De altero idem Dominus non semel testatus est: *Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo*, eo quod, *ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*<sup>2</sup>. Ex quo illud Tertulliani nervose dictum: *Coimus in coetum et congregationem, ut ad Deum, quasi manu facta, precationibus ambiamus; haec Deo grata vis est*<sup>3</sup>: illudque commemorabile Aquinatis: *Impossibile est multorum preces non exaudiri, si ex multis orationibus fiat quasi una*<sup>4</sup>. — Ea utraque commendatio egregie in Rosario praestat. In hoc enim, plura ne persequamur, eisdem ingeminandis precibus regnum gratiae et gloriae suae a Patre caelesti implorare contendimus; Virginemque Matrem etiam atque etiam obsecramus ut culpae obnoxii succurrere nobis deprecando velit, quum in omni vita, tum sub horam extremam quae gradus est ad aeternitatem. Eiusdem autem Rosarii formula ad precationem communiter habendam optime accommodata est: ut non sine causa nomen etiam *psalterii mariani* obtinuerit. Atque ea religiose custodienda est vel redintegranda consuetudo quae apud patres viguit, quum familiis christianis, aequae in urbibus atque in agris, id sanctum erat ut, decedente die, ab aestu operum ante effigiem Virginis rite convenientes, Rosarii cultum alterna laude persolverent. Quo ipsa fideli concordique obsequio admodum delectata, sic eis aderat perinde ac bona mater in corona filiorum, pacis domesticae impertiens munera, quasi pacis praenuncia caelestis. — Hac quidem communis precationis virtute spectata, inter ea quae pluries de Rosario placuit decernere, etiam ediximus „Nobis esse in optatis ut in dioeceseon singularum templo „principe quotidie, in templis curialibus diebus festis singulis, ipsum recitetur“<sup>5</sup>. Id autem constanter et studiose fiat: libentesque videmus id fieri et propagari in aliis quoque publicae pietatis sollemnibus, atque in pompis peregrinantium ad insigniora templa, quarum commendanda est frequentia increscens. — Quiddam praeterea et pericundum et salubre animis habet ista precum laudumque marialium associatio. Nosque ipsi tunc maxime sensimus, ac memor gestit animus revocare, quum per singularia quaedam tempora Pontificatus Nostri in basilica Vaticana adfuimus, circumfuso omnium ordinum numero ingenti, qui una Nobiscum mente, voce, fiducia, per Rosarii mysteria et preces enixe supplicabant Adiuatrici nominis catholici praesentissimae.

Equis vero fiduciam in praesidio et ope Virginis tantopere collocatam, putare velit et arguere nimiam? Certissime quidem perfecti Conciliatoris nomen et partes alii nulli conveniunt quam Christo, quippe qui unus, homo idem et Deus humanum genus summo Patri in gratiam restituerit: *Unus mediator Dei et hominum homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus*<sup>6</sup>. Ad vero si nihil prohibet, ut docet Angelicus, *aliquos alios secundum quid dici mediatores inter Deum et homines, prout scilicet cooperantur ad unionem hominis cum Deo dispositive et ministerialiter*<sup>7</sup> cuiusmodi sunt angeli sanctique caelites, prophetiae et utriusque testamenti sacerdotes, profecto eiusdem gloriae decus Virgini excelsae cumulatius convenit. Nemo etenim unus cogitari quidem potest qui reconciliandis Deo hominibus parem atque illa operam vel unquam contulerit vel aliquando sit collaturus. Nempe ipsa ad homines in sempiternum ruentes exitium Servatorem adduxit, iam tum scilicet quum pacifici sacramenti nuncium, ab Angelo in terras allatum, admirabili assensu, *loco totius humanae naturae*<sup>8</sup>, exceptit: ipsa est *de qua natus est Iesus*, vera scilicet eius Mater, ob eamque causam digna

<sup>1</sup> Matth. VII, 7. — <sup>2</sup> Ib. XVIII, 19. 20. — <sup>3</sup> Apologet. c. XXXIX. — <sup>4</sup> In Evang. Matth. c. XVIII. — <sup>5</sup> Litt. apost. *Salutaris ille*, datae die XXIV decembr. an. MDCCCLXXXIII. — <sup>6</sup> I Tim. II, 5. 6. — <sup>7</sup> III, q. XXVI, aa. 1, 2. — <sup>8</sup> S. Th. III, q. XXX, a. 1.

et peraccepta *ad Mediatorem Mediatrici*. — Quarum rerum mysteria quum in Rosarii ritu ex ordine succedant piorum animis recolenda et contemplanda, inde simul elucent Mariae promerita de reconciliatione et salute nostra. Nec potest quisquam non suavissime affici quoties eam considerat, quae vel in domo Elisabethae administra charismatum divinorum apparet, vel Filium pastoribus, regibus, Simeoni praebet infantem. Quid vero quum consideret, sanguinem Christi causâ nostra profusum ac membra in quibus ille Patri vulnera accepta, *nostrae pretia libertatis*, ostendit, non aliud ea esse nisi carnem et sanguinem Virginis? siquidem, *caro Iesu caro est Mariae; et quamvis gloria resurrectionis fuerit magnificata, eadem tamen carnis mansit et manet natura quae suscepta est de Maria*.<sup>1</sup>

Sed alius quidam fructus insignis e Rosario consequitur, cum temporum ratione omnino connexus; cuius Nos alias mentionem intulimus. Is nimirum est fructus, ut quando virtus fidei divinae tam multis vel periculis vel incursibus obiecta quotidie est, homini christiano hinc etiam bene suppetat quo alere eam possit et roborare. — *Auctorem fidei et consummatorem* nominant Christum divina eloquia<sup>2</sup>: *auctorem*, eo quia docuit ipse homines multa quae crederent, de se praecique in quo *inhabitat omnis plenitudo divinitatis*<sup>3</sup>, idemque gratiâ et velut unctione sancti Spiritus benigne dat unde credant; *consummatorem*, quia res per velamen in mortali vita ab eis perceptas, pandit ipse apertas in caelo, ubi habitum fidei in claritudinem gloriae commutabit. Sane vero in Rosarii instituto luculenter eminet Christus; cuius vitam meditando conspiciamus, et privatam in gaudiis, et publicam summos inter labores doloresque ad mortem, denique gloriosam, quae ab anastasi triumphantis, in aeternitatem profertur sedentis ad dexteram Patris. Et quoniam fides, ut plena dignaque sit, se prodat necesse est, *corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem*<sup>4</sup>; propterea ad hanc etiam habemus ex Rosario facultatem optimam. Nam per eas quibus intextitur vocales preces, licet expromere ac profiteri fidem in Deum, providentissimum nostri patrem, in venturi saeculi vitam, in peccatorum remissionem; etiam in mysteria Trinitatis augustae, Verbis hominis facti, maternitatis divinae atque alia. Nemo autem est nescius quantum sit pretium meritumque fidei. Quippe fides non secus est ac lectissimum germen, virtutis omnis flores in praesentia emittens, quibus probemur Deo, fructus deinde allaturum qui perpetuo maneant: *Nosse enim te consummata iustitia est, et scire iustitiam et virtutem tuam radix est immortalitatis*<sup>5</sup>. — Admonet locus ut unum adiciamus, attinens nimirum ad officia virtutum quae iure suo postulat fides. Est inter eas poenitentiae virtus, eiusque pars etiam est *abstinentia*, non uno nomine et debita et salutaris. In quo quidem si filios suos Ecclesia elementius in dies habet, at videant ipsi diligentiam sibi omnem esse adhibendam ut indulgentiam maternam aliis compensent officiis. Libet vero in hanc pariter causam eundem Rosarii usum cum primis proponere, qui bonos poenitentiae fructus, maxime ab angoribus Christi et Matris recolendis, aequè potest efficere.

Nitentibus igitur ad summum bonorum, sane quam providenti consilio hoc Rosarii adiumentum exhibitum est, idque tam promptum omnibus atque expeditum ut nihil magis. Quivis enim religione vel mediocriter institutus eo facile uti et cum fructu potest; neque res est tanti temporis quae cuiusquam negotiis afferat moram. Opportunis clarisque exemplis abundant annales sacri: satisque est cognitum multos semper fuisse, qui vel sustinentes graviora innumera, vel curis operosis distenti, hanc tamen pietatis consuetudinem nullo unquam die intermisere. — Qua cum re suaviter congruit intimus ille religionis sensus quo animi erga coronam sacram feruntur, ut eam adamant tamquam individuum vitae comitem fidumque praesidium; eandemque in agone supremo complexi, auspiciam dulcè teneant ad *immarcescibilem gloriae coronam*. Auspicio plurimum favent beneficia *sacrae indulgentiae*, si perinde habeantur ac digna sunt: his enim amplissime Rosarii institutum a Decessoribus Nostris et a Nobismetipsis est auctum. Eaque certe et morientibus et vita functis, quasi per manus misericordis Virginis impertita, valde sunt profutura, quo maturius expetitae pacis lucisque perpetuae fruuntur solatiis.

Haec, Venerabiles Fratres, permovent Nos ut formam pietatis tam excellentem, tamque utilem ad capiendum salutis portum, laudare et commendare gentibus catholicis ne cessemus. Sed alia prae-

<sup>1</sup> *De assumpt. B. M. V. c. v, inter opp.* S. Aug. — <sup>2</sup> Hebr. XII, 2. — <sup>3</sup> Col. II, 9. — <sup>4</sup> Rom. X, 10.

<sup>5</sup> Sap. XV, 3.

terea id ipsum suadet causa gravissima, de qua iam saepius litteris et allocutione animum aperuimus. — Videlicet, quum Nos quotidie acrius ad agendum impellat id votum, quod ex divino Christi Iesu Corde concepimus, in itae dissidentium reconciliationis fovendae, intelligimus quidem hanc praestantissimam unitatem nulla re melius parari posse et adstringi quam sanctarum precum virtute. Obversatur exemplum Christi, qui ut alumni disciplinae suae essent in fide et caritate *unum*, effusa ad Patrem obsecratione rogavit. Deque valida in idem deprecatione Matris eius sanctissimae, illustre documentum in historia est apostolica. In qua commemoratur primus Discipulorum coetus, promissam almi Spiritus amplitudinem magna spe flagitans et expectans; simulque Mariae praesentia comprecantis singulariter commemoratur: *Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum Maria matre Iesu*<sup>1</sup>. Ut igitur ad eam, tamquam ad unitatis fautricem et custodem eximiam, reete se Ecclesia exoriens precando adiunxit, id similiter his temporibus per orbem catholicum fieri peropportunum est; toto praesertim octobri, quem mensem iamdiu Nos divinae Matri, pro afflictis Ecclesiae temporibus implorandae, deditum sacrumque solemnem Rosarii ritu voluimus. — Proinde caleat ubique huiusmodi precis studium, ad propositum in primis sanctae unitatis. Neque aliud quidquam Mariae gratius acceptiusque fuerit, utpote quae Christo maxime coniuncta, maximopere id cupiat et velit ut qui uno eodemque donati sunt eius baptisate, una omnes eademque fide perfectaue caritate cum ipso et inter se cohaereant. — Eiusdem vero fidei mysteria augusta altius in animis per Rosarii cultum insideant, eo felicissimo fructu ut *imitemur quod continent et quod promittunt assequamur*.

Interea munerum divinorum auspicem caritatisque Nostrae testem, singulis vobis cleroque ac populo vestro Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die XX Septembris anno MDCCCXCVI. Pontificatus Nostri decimo nono.

LEO PP. XIII.

## II.

### Decretum Generale Orationum et Sequentiae in Missis Defunctorum.

Ut omne tollatur dubium super Orationibus et Sequentia dicendis in Missis Defunctorum, S. R. C. declarat:

I. Unam tantum esse dicendam Orationem in Missis omnibus, quae celebrantur in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, die et pro die obitus seu depositionis, atque etiam in Missis cantatis vel lectis, permittente ritu, diebus 3., 7., 30. et die anniversaria, necnon quaecumque pro defunctis Missa solemniter celebratur, nempe sub ritu, qui duplici respondeat, uti in Officio, quod recitatur post acceptum nuntium de alicuius obitu, et in anniversariis late sumptis.

II. In Missis quotidianis quibuscumque, sive lectis sive cum cantu, *plures esse dicendas Orationes*, quarum *prima* sit pro defuncto vel defunctis certo designatis, pro quibus *Sacrificium offertur*, ex iis quae inscribuntur in Missali, *secunda ad libitum*, *ultima pro omnibus defunctis*.

III. Si vero pro defunctis in genere Missa celebretur, *Orationes esse dicendas, quae pro Missis quotidianis in Missali prostant, eodemque ordine, quo sunt inscriptae*.

IV. Quodsi in iisdem quotidianis Missis *plures addere Orationes* Celebranti placuerit, uti Rubricae potestatem faciunt, *id fieri posse tantum in Missis lectis*, impari cum aliis praescriptis servato numero, et Orationi pro omnibus defunctis postremo loco assignato.

V. Quod denique ad *Sequentiam* attinet, semper illam *esse dicendam in quibusvis cantatis Missis, uti etiam in lectis, quae diebus ut supra privilegiatis fiunt*: in reliquis vel recitari posse, vel omitti ad libitum Celebrantis iuxta Rubricas.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 30. Iunii 1896.

Cajet. Card. Aloisi Masella, S. R. C. Praef.

Aloisius Tripepi, S. R. C. Secret.

<sup>1</sup> Act. I, 14.

III.

**Bekanntgabe der Statuten des „katholischen Frauenvereines vom hl. Vincenz von Paul“ und der von Sr. Heiligkeit P. Leo XIII. diesem Vereine bewilligten Ablässe.**

Auf den gemeinschaftlichen Uebungen der Frömmigkeit ruht ein besonderer Segen Gottes: „Dico vobis, quia, si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quaecumque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in coelis est.“ (Matth. 18, 19).

Darum wurde laut I. Jahresberichtes vom 1. April 1861 im April des Jahres 1860 der „Katholische Frauen-Verein vom hl. Vincenz von Paul“ vom Hochseligen Fürstbischof Anton Martin ins Leben gerufen, approbiert und sodann die Errichtung desselben unter Vorlage der Vereinsstatuten der hochlöblichen k. k. Statthalterei in Graz am 11. Mai 1860, N. 1163 zur Kenntniß gebracht, und von derselben am 15. Mai 1860, N. 9088 zur erfreulichen Kenntniß genommen.

Diese Statuten wurden nun Sr. Heiligkeit mit der Bitte um Bewilligung von Ablässen vorgelegt. Die bittliche Eingabe hatte folgenden Wortlaut:

*Beatissime Pater!*

In dioecesi Lavantina jam mense Aprili anni 1860 instituta est pia sodalitas mulierum Deo in persona pauperum servientium et a s. Vincentio a Paulo nominatarum; quae pia sodalitas ab Episcopo Lavantino Antonio Martino Slomšek eodem anno canonice approbata est.

Haec sodalitas erecta est ad exemplar similis piae unionis in vicina dioecesi Seccoviensi existentis, cui a sancta Sede die 19. Novembris anni 1850 sequentibus diebus indulgentiae plenariae concessae sunt: 1. In festo Immaculatae Conceptionis B. V. Mariae. 2. In festo S. Vincentii a Paulo. 3. Tempore confessionis et communionis Paschalis.

Pia sodalitas mulierum a s. Vincentio a Paulo nominatarum habet pro scopo: 1. eleemosynas pauperibus non in pecunia sed in natura porrigendas. 2. Visitationem in domibus pauperum et infirmorum faciendam. 3. Christianam institutionem et educationem infantium et totarum familiarum procurandam.

Sodales obligantur ad sequentia officia: 1. Petunt praesidem, qui est parochus loci vel ab eo designatus sacerdos, nomen suum inscribi in albo sodalitat. 2. Solvunt annuatim aliquam summam in cassam congregationis, et quidem pro posse, generatim autem quatuor libellas. 3. Visitant pauperes et infirmos. 4. Indicant praesidi pauperes sublevandos. 5. Assistunt processioni in solemnitate ss. Corporis Christi cum ardentibus candelis. 6. Comitantur defunctos sodales ad sepulchrum. 7. Curant pro singulis defunctis sodalibus unam sacram celebrari missam.

In singulis parochiis Ecclesia parochialis est simul Ecclesia sodalitat.

Haec pia sodalitas nulli Archiconfraternitati est aggregata, neque ab ordine religioso instituta, sed ab Episcopo Lavantino erecta et approbata. In singulis parochiis pro posse constituentur congregationes et observabunt eadem statuta et omnes iisdem gaudebunt indulgentiis.

Hinc ad pedes Sanctitatis Tuae provolutus peto, ut concedere digneris membris piae sodalitat. mulierum a s. Vincentio a Paulo nuncupatarum in dioecesi Lavantina canonice erectae sequentes indulgentias: 1. In festo Immaculatae Conceptionis B. V. Mariae. 2. In festo Septem Dolorum B. M. Virginis feria VI. post Dominicam Passionis vel alia die temporis Paschalis. 3. In festo s. Vincentii a Paulo. 4. In hora mortis, et quidem sub consuetis conditionibus, quae sunt: Confessio, s. Communio in ecclesia parochiali, oratio pro Sanctissimo Patre et s. matre Ecclesia, pro concordia inter christianos Principes et pro exstirpandis haeresibus.

† Michael m. p.

Episcopus Lavantinus.

Marburgi in Austria die 6. Augusti 1896.

Die erbetenen Gnaden wurden von Sr. Heiligkeit mit nachstehendem Breve huldvollst bewilligt :

## LEO PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam. Cum sicuti ad Nos relatum in Dioecesi Lavantina pia mulierum Sodalitas a S. Vincentio a Paulo nuncupatarum canonicè erecta ad finem adiuvandi egenos et infirmis opem ferendi, cuius consororess quam plurima pietatis et charitatis opera exercere solent: Nos quo frugifera huiusmodi sodalitas maiora in dies suscipiat incrementa, de omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus et singulis mulieribus nunc et pro tempore in dictam sodalitatem adlectis in cuiuslibet earum mortis articulo si vere poenitentes et confessae ac s. Communione refectae vel quatenus id facere nequiverint, saltem contritae nomen Iesu ore si potuerint sin minus corde devote invocaverint, etiam mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienti animo susceperint Plenariam: iisdemque consororess nunc et pro tempore pariter in dictam sodalitatem adsectis si vere quoque poenitentes et confessae ac s. Communione refectae propriam cuiusque earum Parochialem Ecclesiam festivitate Conceptionis B. M. V. L., die festo s. Vincentii a Paulo, feria sexta intra hebdomadam Passionis, vel alia die tempore Paschali ab Ordinario semel tantum designando a primis vespere usque ad occasum solis dierum huiusmodi singulis annis devote visitaverint, ibique pro christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die id egerint, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem etiam animabus fidelium in purgatorio detentis per modum suffragii applicabilem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus ad Decennium tantum valituris. Datum Romae apud s. Petrum sub annulo Piscatoris die. XXVIII Augusti MDCCCXCVI Pontificatus Nostri anno decimonono.

Pro Domino Card. de Ruggiero  
Nicolaus Marini, Substitutus.

Es ist also zu wünschen, und steht auch zu erwarten, daß sich zu dem katholischen Frauen-Verein in Marburg, der schon seit 33 Jahren so segensreich wirkt, und zu dem in Pettau, der heuer gegründet worden, in Bälde noch andere Neugründungen, insbesondere in geschlossenen Orten anreihen werden, Gott zu Ehren, zum Troste der Armen und Kranken, und zum Seelenheile Vieler insbesonders der Vereinsmitglieder, gemäß dem Schriftworte: „Iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam; superexaltat autem misericordia iudicium.“ (Jac. 2, 13).

## IV.

### Erlaß

der hochlöblichen k. k. Statthaltereı vom 24. August 1896 Z. 24.549.

Im Anhang zur im h. ä. Kirchlichen Verordnungsblatte vom 1. September 1896 Nr. 2359 kundgemachten Verordnung der k. k. österr. Ministerien des Innern und für Cultus und Unterricht vom 6. August 1896, betreffend den Austausch der Matriken-Auszüge zwischen den im Reichsrathe vertretenen Königreichen und Ländern einer- und den Ländern der ungarischen Krone — mit Ausnahme von Croatien und Slavonien — andererseits, hat die hochlöbl. k. k. Statthaltereı in Ausführung des bezogenen Ministerial-Erlasses noch angeordnet, wie folgt:

„Gemäß dieser Verordnung haben die mit der Matrikenführung betrauten Organe zunächst in der ersten Hälfte des Monates October 1896 hinsichtlich der in ihrem Amtsbereiche in der Zeit vom 1. October 1895 bis Ende September 1896 vorgekommenen Geburten, Trauungen und Todesfälle ungarischer, in Ungarn (einschließlich der Stadt und des Bezirkes Fiume, jedoch ausschließlich von Croatien und Slavonien) die Gemeindezuständigkeit besitzender Staatsbürger vorschriftsmäßige, in der Sprache, in welcher die Matriken geführt werden, ausgefertigte, mit der Unterschrift und dem Amtssiegel des Matrikenführers versehene Matrikenauszüge im Wege der politischen Behörde erster Instanz an die Landesbehörde vorzulegen.

Vom 1. Jänner 1897 an wird die Vorlage in gleicher Weise jedoch in vierteljährigen Zeitabschnitten und zwar in der ersten Hälfte der Monate Jänner, Juli, October bezüglich der im abgelaufenen Quartale vorgekommenen Matrikoneintragungen zu erfolgen haben.

Die Matrikenauszüge selbst haben alle wesentlichen Daten der Matriken und hinsichtlich der nach dem 1. September 1896 vorgenommenen Matrikoneintragungen auch, insoweit die Matrikenführer auf Grund der Angaben der Parteien oder der vorgewiesenen Documente diesen Umstand in Erfahrung bringen können, anmerkungsweise die Angabe der ungarischen Gemeinde, in welcher der ungarische Staatsbürger die Gemeindezuständigkeit besitzt, zu enthalten.

Bezüglich der Eheschließungen, bei welchen beide Theile ungarische Staatsbürger sind, hat die Ausfertigung und Einsendung der Matrikenauszüge in dupplo zu erfolgen. Eventuell sind innerhalb der in der bezogenen Ministerial-Verordnung angegebenen Fristen Fehlanzeigen zu erstatten.

Gleichzeitig wird mitgetheilt, daß der königl. ungar. Minister des Innern mit der an die ersten Beamten aller Municipien gerichteten Verordnung vom 30. März 1896 Z. 26.740 bezüglich der Matrikoneintragungen in Ungarn, betreffend die Geburten, Trauungen und Todesfälle von Angehörigen der im Reichsrathe vertretenen Königreiche und Länder analoge Anordnungen getroffen hat, denen noch beigefügt wurde, daß auch dasjenige Kronland, in welchem die Zuständigkeitsgemeinde des österreichischen Staatsangehörigen liegt, im Matrikenauszuge in Erwähnung gebracht werde.

Da diese Regel nur auf die in Zukunft zu erfolgenden Matrikel-Eintragungen in Anwendung kommt, haben die ersten Beamten aller berufenen ungarischen Municipien den Umstand, daß aus der bisherigen Matrikel-Eintragung die Heimberechtigung und Gemeindezuständigkeit eines österreichischen Staatsbürgers nicht zu entnehmen ist, in der begleitenden Meldung zu erwähnen.“

Vorstehender Erlaß wird den hochwürdigsten Herren Matrikenführern zur Benehmungswissenschaft und genauen Befolgung hiemit mitgetheilt.

## V.

### Jahresbericht

über den allgemeinen frommen Verein der christlichen Familien zu Ehren der hl. Familie von Nazareth.

Auch im abgelaufenen Vereinsjahre hat der allgemeine fromme Verein der christlichen Familien zu Ehren der hl. Familie von Nazareth in unserer Diöcese recht erfreuliche Fortschritte gemacht, wie dies aus dem nachstehenden Verzeichnisse zu ersehen ist, nach welchem dem Vereine bis Ende Mai l. J. 5238 Familien mit 24.403 Mitgliedern neu beigetreten sind, so daß der Verein gegenwärtig — die seit Anfang Juni d. J. angemeldeten Familien und Mitglieder noch nicht eingerechnet — 22.245 Familien mit 111.630 Mitgliedern zählt.

### Verzeichnis

der bis Ende Mai 1896 dem allgemeinen frommen Vereine der christlichen Familien zu Ehren der hl. Familie von Nazareth neu beigetretenen Mitglieder.

Marburg, l. D. U.: St. Margarethen an der Pefniz, Familien-Anzahl 9, Mitglieder-Anzahl 59; Gams, Famil. 51, Mitgl. 318; Hl. Kreuz ob Marburg, Famil. 5, Mitgl. 27; Cilli, Famil. 145, Mitgl. 707; Galizien, Famil. 77, Mitgl. 317; Drachenburg, Famil. 47, Mitgl. 56; Ulimje, Famil. 27, Mitgl. 67; Dobje, Famil. 29, Mitgl. 153; Zagorje, Famil. 13, Mitgl. 43; Fraenheim, Famil. 37, Mitgl. 201; St. Lorenzen am Drausfelde, Famil. 10, Mitgl. 46; Fraßlau, Famil. 9, Mitgl. 23; Paß, Famil. 8, Mitgl. 31; St. Paul bei Pragwald, Famil. 22, Mitgl. 83; St. Georgen am Labor, Famil. 37, Mitgl. 201; Kieck, Famil. 29, Mitgl. 167; Gonobiz, Famil. 12, Mitgl. 44; Cadram, Famil. 6, Mitgl. 25; Seizdorf, Famil. 61, Mitgl. 308; St. Thomas bei Großsonntag, Famil. 556, Mitgl. 2799; St. Leonhard bei Großsonntag, Famil. 157, Mitgl. 157; Allerheiligen, Famil. 28, Mitgl. 131; Faring, Famil. 15, Mitgl. 67; St. Jakob in W. B., Famil. 10, Mitgl. 33; Witschein, Famil. 5, Mitgl. 22; St. Georgen an der Pefniz, Famil. 15, Mitgl. 104; St. Leonhard in W. B.: St. Anna am Kirchenberge, Famil. 110, Mitgl. 557; St. Georgen in W. B., Famil. 24, Mitgl. 116; St. Benedicten in W. B., Famil. 112,

Mitgl. 488; Regau, Famil. 9, Mitgl. 39; Luttenberg, Famil. 52, Mitgl. 222; St. Georgen an der Stainz, Famil. 296, Mitgl. 1245; Kapellen, Famil. 28, Mitgl. 126; Mährenberg, Famil. 73, Mitgl. 316; Remsniß, Famil. 207, Mitgl. 1030; Hohenmauten, Famil. 10, Mitgl. 52; Pernitzen, Famil. 78, Mitgl. 408; St. Oswald im Drauwald, Famil. 39, Mitgl. 164; Marburg am rechten Draufer, Famil. 49, Mitgl. 136; Maria Raß, Famil. 107, Mitgl. 461; St. Marcin, Famil. 28, Mitgl. 123; Ponikl, Famil. 210, Mitgl. 871; Kalobje, Famil. 44, Mitgl. 222; St. Martin b. W. G.: Altemarkt, Famil. 21, Mitgl. 108; Dolje, Famil. 71, Mitgl. 317; Podgorje, Famil. 12, Mitgl. 56; Neufkirchen: Weitenstein, Famil. 58, Mitgl. 302; Doberna, Famil. 107, Mitgl. 524; St. Martin im Rosenthale, Famil. 9, Mitgl. 59; Kirchstätten, Famil. 6, Mitgl. 18; Oberburg, Famil. 26, Mitgl. 153; St. Kaveri, Famil. 114, Mitgl. 618; Lausen, Famil. 20, Mitgl. 80; Riez, Famil. 68, Mitgl. 338; Praxberg, Famil. 148, Mitgl. 690; Pettau, Famil. 26, Mitgl. 60; St. Urban bei Pettau, Famil. 400, Mitgl. 1265; St. Lorenzen in W.-B., Famil. 24, Mitgl. 92; Rohitsch: St. Florian am Boë, Famil. 136, Mitgl. 850; Saldenhofen, Famil. 11, Mitgl. 72; Reifnitz, Famil. 21, Mitgl. 121; Buchern, Famil. 6, Mitgl. 24; Sauritsch, Famil. 6, Mitgl. 22; Skalis, Famil. 8, Mitgl. 43; Weißwasser, Famil. 70, Mitgl. 423; Tüßfer, Famil. 24, Mitgl. 124; St. Gertraud ob Tüßfer, Famil. 13, Mitgl. 56; Videm, Famil. 27, Mitgl. 88; Lichtenwald, Famil. 121, Mitgl. 501; Dobova, Famil. 18, Mitgl. 77; Jdole, Famil. 27, Mitgl. 129; Windisch-Feistritz, Famil. 300, Mitgl. 1638; Mayau, Famil. 346, Mitgl. 1748; Pölttschach, Famil. 139, Mitgl. 665; Studeniz, Famil. 4, Mitgl. 24; Tainach, Famil. 55, Mitgl. 353. Summa: Famil. 5238, Mitgl. 24.403.

Möge Gott der Herr auch im kommenden Vereinsjahre die Bemühungen der hochwürdigen Herren Seelsorger um die Förderung und Verbreitung dieses zumal für unsere Zeit so praktischen Vereines mit dem reichlichsten Segen begleiten.

Die Mitgliederverzeichnisse der neueintretenden Familien werden bis Mitte Mai des kommenden Jahres anher einzusenden sein, weil bis Ende Mai der Bericht an den Central-Vorstand des Vereines nach Rom erstattet werden muß.

## VI.

### Empfehlung des Ansuchens des Curatoriums des österr.-ungar. Pilgerhauses in Jerusalem um Beiträge zur Completierung dieses Institutes.

Dem f.-b. Ordinariate ist unter dem 17. October 1896 nachstehendes Ansuchen vorgelegt worden: „Das Curatorium des österr.-ungarischen Pilgerhauses in Jerusalem hat mit Genehmigung Sr. Eminenz des hochwürdigsten Herrn Cardinal Fürsterzbischofes in Wien Dr. Anton Josef Gruscha als Protector eine Denkschrift veröffentlicht, welche die Geschichte und Wirksamkeit dieser Anstalt zum Gegenstande hat. Der ergebenst gefertigte Curator erlaubt sich, eine Anzahl von Exemplaren dieser Denkschrift zu übersenden mit der unterthänigsten Bitte, der hochwürdigste Episcopat der österreichisch-ungarischen Monarchie wolle gütigst in den Diöcesan-Blättern dieselbe zur geneigten Kenntniß des hochwürdigsten Clerus und der Diöcesanen bringen und diese patriotische Wohlthätigkeits-Anstalt am Grabe des Erlösers dem Opfer sinne der Völker Oesterreich-Ungarns empfehlen, auf das ein Fonds geschaffen werde, welcher das Curatorium in den Stand setzt, dieses schöne Institut zeitgemäß auszugestalten und vor jeder künftigen Eventualität zu schützen, auf das es mehr noch wie bisher als ein Denkmal gläubigen Sinnes allen Völkern unserer Monarchie und als Heimstätte für die frommen Waller an die heiligen Stätten sich bewähre.

Specielle Gaben bittet man an das hochwürdigste f.-e. Ordinariat in Wien zu senden.

Wien, im October 1896.

Der Curator: Dr. Hermann Bshokke,  
Domprälat, f. f. Hofrath.“

Das f.-b. Ordinariat entspricht diesem Wunsche gerne und entnimmt der gedachten Denkschrift Nachstehendes:

Im Jahre 1857 begann man mit Sammelgeldern, welche von den österreichischen Katholiken zu diesem Zwecke waren geopfert worden, den Bau des österreichischen Pilgerhauses zu Jerusalem. Die Baukosten waren so bedeutende, daß man nach Erschöpfung des Baufonds in der Höhe von 207.000 fl. an den Abschluß des Unternehmens denken mußte, ohne den vom Meister Endlicher entworfenen Plan vollständig ausgeführt zu haben; das zweite Stockwerk wurde nicht aufgesetzt und die Nebengebäude blieben ganz weg.

Nichtsdestoweniger hat dieses Institut mächtig auf die Förderung der Wallfahrten zum heiligen Grabe und dadurch zur größeren Ehre unseres Herrn und Erlösers Jesu Christi beigetragen, der so sehnlich wünschte, daß wir seines Leidens dankbar gedenken und uns dasselbe zunutzen machen möchten. Während nämlich in früheren Zeiten, z. B. im Jahre 1832, unter 4000 Jerusalempilgern nicht mehr als vier katholische Europäer gezählt wurden, stieg seit dem Eröffnungstage des Pilgerhauses, dem 19. März 1863, die Zahl der Pilger in erfreulicher Weise, so daß bis Ende des Jahres 1895 in demselben 5518 Pilger ihre Unterkunft fanden und daselbst 62.236 Tage verpflegt wurden.

Im Jahre 1869 wurde dem Hause die Ehre des Allerhöchsten Besuches durch Seine kais. und königl. Apostolische Majestät, Franz Joseph I., zu theil. Wenn Seine Majestät überall mit freigebiger Hand Gnadengaben spendet, so muß doch die Allerhöchste Munificenz gegen die gottgeweihten Stätten ganz insbesondere hervorgehoben werden. So haben denn Seine kais. und königl. Apostolische Majestät schon früher und anlässlich dieser Pilgerfahrt auch die Heiligthümer des gelobten Landes mit reichen Geschenken bedacht, welche gewiß die Summe von 150.000 fl. übersteigen.

Im Jahre 1881 besuchte das gastliche Haus Seine kais. und königl. Hoheit Kronprinz Erzherzog Rudolf, im Jahre 1885 Seine kais. und königl. Hoheit Erzherzog Franz Ferdinand von Oesterreich-Este, und im Jahre 1895 Ihre kais. und königl. Hoheit Kronprinzessin-Witwe Stephanie.

Welch' schönes Beispiel inniger Frömmigkeit! Wer sollte nicht dem Allerhöchsten Kaiserhause mit der innigsten, opferfreudigsten Liebe ergeben sein, da Allerhöchstdieses unseren Herrn und gekreuzigten Heiland Jesus Christus liebt und ihm reichlich Weihgaben opfert.

Die Kapelle des Pilgerhauses zeigt uns im Altarbilde, einem Meisterwerke Kuppelwiesers, die heilige Familie, Jesus, Maria und Joseph auf der Wanderung nach Jerusalem. Und dieser heiligen Familie, dem Vorbilde aller christlichen Familien und der Quelle alles Glückes, opferte Erzherzog Kronprinz Rudolf kostbare Kelche und Messgewänder. Ihre kais. und königl. Hoheit Kronprinzessin-Witwe Erzherzogin Stephanie aber spendete im Vorjahre 1895 ein prachtvolles Messgewand, welches sie aus ihrem Brautkleide anfertigen ließ, der Kirche des Heiligen Grabes zu Jerusalem. So hat das Vorbild der Heiligen zu jeder Zeit begeisterte Nachahmer gefunden, die das thaten, was einst die Jünger gethan, welche ihre Kleider auf das Füllen legten, auf dem der Herr seinen Einzug in Jerusalem hielt, und die wiederholten, was das Volk gethan, welches seine Kleider auf den Straßen Jerusalems ausbreitete, damit Jesus über dieselben wie über kostbare Teppiche dahin ziehe. (Matth. 21, 8).

Möge auch dieser kurze Bericht etwas dazu beitragen, den Sammel- und Opfereifer für das österreichische Pilgerhaus anzuregen. Besonders aufmerksam machen wir auf folgenden Passus, der sich auf Seite 18 findet: „Es dürfte für viele eifrige Katholiken die Nachricht erwünscht sein, daß Messenstiftungen von dem Curatorium bereitwilligst entgegengenommen und die heiligen Messen von den Vorstehern des Pilgerhauses gelesen werden.“ So hat z. B. Curat Ludwig Donin 100 fl. Rente für zwei heilige Messen, Graf Trautmansdorff 50 fl. für eine heilige Messe gewidmet.

Schließlich sei noch angemerkt, daß in der Kapelle der hl. Familie im Pilgerhause wöchentlich eine hl. Messe für alle lebenden und verstorbenen Wohlthäter der Anstalt dargebracht wird.

Helfen wir mit, auf daß nicht auch für unsere Zeit das Klagewort des Propheten seine Geltung behalte: „Viae Sion lugent, eo quod non sint, qui veniant ad solemnitatem; omnes portae eius destructae; sacerdotes eius gementes; virgines eius squalidae, et ipsa oppressa amaritudine.“ (Threni Jeremiae 1, 4).

## VII.

### **Empfehlung des Enchiridion Liturgicum von Josef Erker, f.-b. Consistorialrath und Spiritual im Priesterseminar zu Laibach. Venumdatur in Libraria catholica Labaci.**

Den Zweck des im 8<sup>o</sup> Format soeben erschienenen, 398 Seiten starken Buches bezeichnet die Praefatio kurz mit den Worten: „Ut ea, quae ad sacrum altaris ministerium rite decenterque obeundum tam Clericis quam Sacerdotibus scitu necessaria sunt, quaeque in libris liturgicis et apud diversos auctores dispersa reperiuntur, Compendio comprehendantur. hocce opusculum concinnandum putabamus.“

Dem hochwürdigen Verfasser ist die Lösung der schwierigen Aufgabe wohl gelungen, und ist dieses Verdienst auch in der vorgedruckten Ordinariatsapprobation ausdrücklich anerkannt worden.

Besonders muß noch die Expositio synoptica Ritus Missae solennis (S. 338—368) lobend erwähnt werden. Gar leicht bemächtigt sich nämlich des Anfängers das Gefühl, es sei unmöglich sich bei dieser Menge von rituellen Vorschriften zurecht zu finden. Mit Hilfe dieser Expositio wird aber die Orientierung um so leichter zu gewinnen sein, als dieselbe in vier nebeneinander laufenden Columnen die Verrichtungen des Celebrans, Diaconus, Subdiaconus und sodann des Caeremoniaris, Thuriferarius und Acolythus bespricht. Damit ist die Möglichkeit geboten, in jedem Augenblicke die coincidierenden oder auf einander folgenden, von den einzelnen Functionären zu prästierenden Dienste übersehen zu können.

Im Interesse der von den Rubriken gebotenen Uniformität hinsichtlich der heiligen Functionen und der allgemeinen Einbürgerung der römischen Assistenz muß das fleißige Studium des obbelobten Enchiridions als wünschenswert bezeichnet werden.

## VIII.

### **Diözesan-Nachrichten.**

**Ernennung.** Herr Simon Gabore, Pfarrer in Trautheim, wurde zum F. B. Geistlichen Rathe ernannt.

**Zuversetzt** wurden die Herren: Jakob Marinic auf die Pfarre St. Jakob in Sobot und Vincenz Plaskan, Pfarrer in Zibika, auf die Pfarre St. Georgen an der Südbahn.

**Bestellt** wurde als Provisor in Zibika der dortige Kaplan Herr Jakob Krajnc.

**Wiederangestellt** wurde als Kaplan in St. Georgen an der Südbahn der Provisor daselbst, Herr Valentin Mikus.

**Uebersetzt** wurden die Herren Kapläne: Johann Horjak nach Mahrenberg, Martin Medved nach Windisch-Feistritz, Anton Podvinski nach Maria Neustift bei Pettau und Robert Vaclavik nach Hoheneck.

**Angestellt** als Kapläne wurden die absolvierten Herrn Theologen: Jakob Fink in Weitenstein; Franz Gomilsek in St. Martin bei Schallert; Franz Gosak in Trennenberg; Franz Kosel in Doberna; Anton Kovacic in St. Georgen an der Stainz; Martin Krajnc in Kostreinitz; Johann Lorbek in Galtzien; Anton Miklic in Sulzbach; Maximilian Ocvirk in St. Stephan bei Süßenheim; Anton Srabocan in Peilstein; Franz Schreiner in Polstrau und Josef Vodošek in St. Ruprecht ob Luffen.

**In den zeitlichen Deficientenstand** sind getreten die Herren: Jakob Črnc, Kaplan in Peilstein und Ignaz Hauptmann, Kaplan in Mahrenberg.

**Gestorben** ist am 22. September Herr Mojs Rozman, gewesener Kaplan in Kostreinitz, im 26. Lebensjahre.

**Unbesetzt** sind geblieben: der 2. Kaplansposten in Hoheneck und der Kaplansposten in Zibika.

### **F. B. Lavanter Ordinariat in Marburg,**

am 25. October 1896.

† **Michael,**  
Fürstbischof.